

Johann Klein von

**Programma Quo Suo, Totiusq[ue] Iuridici Collegii Nomine Ad Dissertationem
Inauguralem ... Dn. Benedicti, Petri, Winklers ... De Inhibitionib[us] Iudicialib[us]
In Causis Appellationum Von Obergerichtlichen Verboth in Appellations-Sachen
... Die Novembr. XIX. Ao. MDCXCVI. ... Invitat. Johannes. Klein. ...**

Rostochii: Wepplingius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746314795>

Druck Freier  Zugang





PROGRAMMA

SUO, TOTIUSQ; JURIDICI COLLEGII NOMINE

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

VIRI PRÆNOBILIS ATQ; DOCTISSIMI

DN. BENEDICTI, PETRI,

Winfers / Lubec.

JURIS UTRIVSQUE CANDIDATI DIGNISSIMI

INHIBITIONIB; JUDICIALIB;

CAUSIS APPELLATIONUM

Obergerichtlichen Verboth
in APPELLATIONS-Sachen

PRO CONSEQVENDIS SUMMIS IN UTROVE JURE
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DIE NOVEMBR. XIX. AO. MDCXCVI.

BONO CUM DEO HABENDAM

IN AUDITORIO MAJORI

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

MAGNIFICUM DN. RECTOREM, UTRIVSQ; REIP. NOBI-

LISSIMUM ATQ; AMPLISSIMUM SENATUM, OMNESQ; OMNIUM

ORDINUM CIVES ACADEMICOS AC LITTERARUM FAUTO-

RES OBSERVANTER AC OFFICIOSE INVITAT.

JOHANNES. Klein.

J. U. D. ET PANDECTARUM IN ALMA PATRIA DUCALIS


PROF. PUBLIC. CONSISTORII MECKLENB. h. t. DIRECTOR,

HODIEQ; ECCLIS JURIDICÆ DECANUS.

ROSTOCHII LITERIS JOH WEPPLINGII UNIV. TR 1696.



INJURIARUM inde sapius subnasci occasio-
nem, unde JUSTITIE PRÆSIDIUM juxta o-
ptimam providi Legislatoris intentionē cun-
ctis obvenire oportebat civibus, inter sex-
centa alia malitiæ humanæ argumenta, fre-
quentissimæ De ABUSU APPELLATIO-
NIS, remedii ceteroq; in saluberrimi, in Foro
affatim testantur querelæ, ut hinc, quod de
Excommunicationis exceptione jam olim in
Concilio Lugdun: Innocentius, ejus nominis
Romanæ Curia: Præsul IV dixisse legere
est in c. 1. X. D. *Except. in d.* non sine veritatis suffragio idem jure dici
optimo possit de hac ad corrigendam iniquitatem ad inventâ salutarî
Querelâ, scilicet: Succrescente hominū malitia in NOXAM tendere,
quod provisum est ad REMEDIUM. Quem enim fugit, Appellationē
optimâ Legislatorū providentiâ in illorum unicè introductâ esse fa-
vorem, qui iniquâ judicis, posthabitâ Legum observantiâ ac negle-
cto sanctissimæ justitiæ cultu, effrenæ affectuum libidini plus justô,
lenocinantis, gravati sententiâ, justiore e jus emendationem à Su-
periore, ad quem provocarunt, & sperare & obtinere possunt: At
verò quotidiana experientia, optima omnium rerum Magistra in-
numeris comprobat exemplis, saluberrimo hocce Appellationis;
remedio pessimè sapius in foro illos quoque ad calumniam abuti,
qui secundum Legum præscripta justissimâ, actis juriq; conformi
judicis condemnati sententiâ, frivola appellacionis diffugio, res,
quas injustè hactenus detinuerunt, cumq; illis impia possessionis
commoda & emolumenta, veris restituere dominis injustius adhuc
detrectant, sicq; non GRAVATI, sed GRAVATURI ad hoc iniquitatis
Asylum impio hiatu advolant, non alio consiliô, quàm, ut adver-
sariô magnis sumptibus diu multumq; vexatô ac defatigatô, liteq;
præprimis in Camera Imperiali in infinitum protractâ, eô tandem
appellatus redigatur inopiâ, ut molestiarum litis pertæsus, vel pla-
nè desererere causam, vel saltem cum gravissimo suo damno con-
cordiam quærere cogatur, oppidò sibi gratulans, quod post tanti
temporis ac impensarum, non nunquam etiam sanitatis jacturam,
fructu prioris justissimæ sententiæ non plane omni exci-
derit,



derit, sed partem ejus adhuc consequi detur, quod à temerè appel-
 lante totum jure ipsi debebatur optimo. *vid. Gail 1. Obj. 128. n. 3.*
Carpz. P. 3. Dec. 240. n. 18. § 19. Hugo De Abusu Appell. Schwanem-
in Proc. Cam. L. 2. c. 1. n. 6. Quam insignem frivole appellantium pe-
 tulantiam pio damnantes affectu cordatiores Jcti, plus simplici
 vice conquesti sunt, eludi optimam hóc pacto Legislatorum in in-
 troducendo Appellationis auxilio intentionem, evenireq; ut, cum
 Appellatio GRAVATORUM REFUGIUM, CORRECTIO INIQVI-
 TATIS, INNOCENTIAE PRÆSIDIUM *c. 61. X. de Appellat. & verum*
 ANTIDOTUM adversus injusti pronunciati VENENUM juxta
 Baldi *in L. 1. C. si de moment. possess. Caravitzæ. Rit. u 256. n. 21. & Lancellor-*
ti in Tr. De Attent. c. 12. P. 2. in Pref. n. 91. effata, gravato esse deberet,
 fiat potius ANTIDOTO à frivole provocantibus in VENENUM
 versò, CAVILLANTIUM SUFFUGIUM, INIQUITATIS AC IN-
 JUSTITIAE DEFENSIO, tutissimumqve MALITIAE PRÆSIDIUM.
 Vid. *Mev. P. 2. Dec. 153. n. 2. Stryk. in Diff. De Illic. Appell. c. 1. §.*
3. Carpz. d. l. allegatus Gerhardus, exultante appellatore,
 impetratis processibus, moerente verò miserò appellatò, obtene-
 rà tandem causà & victorià. Vid. *Ferrar. Montan. in Progymnas.*
Lib. 1. c. 2. & Schwanem. l. n. 2. Ne verò hic temerarius fri-
 volè appellantium pruritus, ipsum verum tandem proficuumqve
 Generi Humano penitus tolleret & è judiciis eliminaret Usus, non
 unis obviamitum est remediis temerè Appellantium malitiæ. Præ-
 terquam enim quod *Jure Civili Justiniano* modò infamiæ, *per L.*
19. C. De Appellat. modò pœnæ pecuniariæ metu, L. 6. §. 4. C. Jud. &
L. 1. C. Quor. appell. non recip. à temeritate appellationis hi arceantur,
 qui non *ex necessitate, sed ex petulantia* ad retardandam latæ senten-
 tiæ executionem appellasse deprehenduntur, quò adversarium ad
 incitas & desertionem causæ, vel improbam saltem cogant trans-
 actionem, occupatis diutius bonis fruituri, Vid. *Marant. in Specul.*
Tit. De Appellat. P. 6. n. 346. Montan. d. l. Tit. 2. c. 2. Jure Camerali quo-
 que frivole appellantes non solum in expensas, sed pro qualitate
 causæ & litigantium, nec non temerariæ appellationis, etiam in
 certam pecuniæ summam, unà cum Advocatis suis condemnan-
 tur, *Vid. Orid. G. P. 2. Tit. 25. §. 2.* Et quanquam antiquitus
 reprimendæ frivole appellantium libidini sufficere visa fuerit, 10.
 marcarum argenti pœna, *per Recess. Deputat. de Anno. 1600. §.*
Uñd ob wohl. 17. hác tamen à multis flocci pensà, in 10. mar.

cas auri puri facta est commutatio; per d. Recessum §. 17. Cumq; hanc iterum, malitiâ litigantium quotidie crescente, susq; deque haberent temerarii appellatores, constitutum tandem est in Novissimo Imperii Recessu de Anno 1654. §. Und nachdheim. 120. ut pro qualitate causæ & appellantium libidine ad 20. marcas auri puri Fisco inferendas, nec non pœnam corporis inflictivam, coërcitio temerè appellantium extendi possit, graviori adhuc pœnâ Casarû Patronos mansurâ. *V. id. R. J. verbis.* Vornehmlich aber auch der frevelmüßige Advocatus causæ mit gebührender Straffe / nach gestalt des Verbrechens und mußtwillens / und zwar mehr / als die der Rechten erwann unerschone Parteien / welche offtermahls die Sache nicht verstehen / angesehen worden. Vid Schwanem, in Proc. Cam. L. 2. c. 1. n. 3. Blum. in Proc. Cam. Tit. 4.4. n. 8. §. 10. Roding. in Pand. Cam. & Brunnem. ad L. 6. C. de Appell. n. 19. Neque desunt optimæ aliorum Princepium Constitutiones quibus præter recensitas Imperii Ordinationes, in suis quoque territoriis temerè appellantium impiis ausibus obicem ponere laudabili omninò operâ studiosè allaborarunt; Quas inter clarè profectò, funestissimâ prohi dolor! ante annum morte, cum ingenti omnium Bonorum luctu abrepti Optimi Principis Mecklenburgici, gloriosissimæ memoriæ GUSTAVI ADOLPHI duo Rescripta, ardorem, tantò Principe dignum, promovendæ justitiæ abunde comprobantia, quorum altero de 24. Octobris Anno 1654. injungitur Appellanti, præstitis cum Advocato suo in Personâ Appellationis juramento, idoneaque cautione, de refundendis temerariæ appellationis impensis, certam in casum succumbentiæ pecuniæ summam vulgo: Legegeld dictam, nempe 50. florenos à 1000. in judicio, à quo provocatum est. deponere, Fisco, loco pœnæ temerè litigantis in illum casum applicandam, quò prior sententia à iudice Appellationis confirmabitur, *vid. d. Rescrip. in verbis.* Und de in den Appellationibus, welche das Cangeley Gerichte pro frivolis erkennen / ein gewisses Legegeld / und zwar von 1000. fl. funffzig fl. in unser Cangeley nieder zu legen schuldig seyn soll / so in Fall Er succumbiret / unserm Fisco loco pœnæ temerè litigantis heimfallen solle / ob dadurch dehnen vielfältigen böshaffigen Appellationibus gesteuert / und also unster Christ. löbliche intention erreicht / und der durch daß viele unnöthige Appelliren nothleidenden Justitz geholffen werden können; Altero vero d. 30. Januarii Ao. 1656. ratione Appellanti


Appellantis cavetur, ut remissa quidem cavendi, certamq; deponenda pecuniam in calum succumbentiae necessitate, praestitioq; a solo Principali juramento Appellationis, de singulis centum, s. florenos judici a quo in secunda iterum victus instantia per viam paratissimae executionis jubeatur exolvere, viq; praestiti ejusdem jurisjurandi promittere, quod poenam Advocato suo dictitandam, nempe pro singulis centum, de quibus lis fuit, unum florenum, huic nullatenus refundere velit; Vid. d. Rescriptum. in verbis: Das die auferlegte Caution und Deponirung gewissen Lagegeldes erlassen / nuhr/ das der Muthwillige Appellant dehm judici a quo mit 50. fl. von 1000. fl. verfallen sey/ und die Execution auch auff diese poen dirigiret werden soll/ gestalt wir denn auch/ so viel das Juramentum Appellationis betrifft/ gnädig geschehen lassen/ das allein der Principal dasselbe abstatte/ der Advocatus aber/ wann er sich auff vorhergehende ernstliche Erinnerung/ das er vermöge einmahlt geleisteten Advocaten Eydes/ die unterhabende Sache für Recht/ und Appellabel halte/ auch seinem Principali zu Abstattung des Appellation - Eydes gerathen habe/ sich Gerichtlich erklären wird/ mit wirklicher Leistung des Appellation Eydes verschonet seyn. Sonsten aber/ da sein Principalis vorbe sagter massen condemniret wird/ dehm Judici a quo in Straffe 10. fl. von 1000. fl. verfallen sein/ und dehm juramento Appellationis, welches sein Principal leistet/ dieses ausdrücklich/ das Er dem Advocato, wegen der Straffe / worin dieser vertheilet werden mögte/ keine Erstattung thun wolle/ einverleibet sein. Sicuti autem hisce, similibusq; aliis aliorum Judiciorum salutari-bus constitutionibus, justum ABUSUI APPELLATIONIS ponitur repagulum, verò ejusdem USU in innocentiae tutamen gravatis semper salvò, ita non minori curâ illis, qui vicario Dei munere in administrandâ justitiâ hisce interris defunguntur, in id juxta annitendum est, ne justâ & ex necessitate interposita Appellatio, impiis ac temerariis Judicis a quo molitionibus, aut appellati etiam injustis attentatis, vel plane elusoria fiat, vel difficiliorem ad minimum sortiatur exitum, tempestivis scilicet INHIBITIONIBUS novantium frivolis ausibus obviam eundo. Hoc enim saluberrimo INHIBITIONIS remediò, jura appellanti conservantur facta recta. o-mni exulante metu, reformatâ ac emendatâ priori sententiâ, jure suo non potiundi, cunctis post emanatam inhibitionem attentatis, itatum


statim revocandis, per R. J. Noviss. de An. 1654. S. Und wann. 59. Qua de
IN CAUSIS APPELLATIONUM JUDICIALI INHIBITIONE,
cum Præ-Nobilis ac Doctissimus DN. BENEDICTUS PETRUS
Winkler / Lubecensis, Juris Utriusq; Candidatus Dignissimus,
in Inaugurali sua copiosius egerit Dissertatione, non vacat pluri-
bus hunc articulum, in foro suâ se satis utilitate & necessitate omni-
bus commendantem, latius exequi; Ad id potius, quod ca-
put hujus Programatis est, propius accessurus, & quod ad laudes,
honoresq; Candidati nostri pertinet, more antiquo, eo, quod par-
est, studio, prosequitur. Satus HIC est Lubeca, inter alias Imperii Ci-
vitates liberas, antiquitatis laude, rerum gestarum gloriâ & commer-
ciorum flore admodum celebris, ANNO supra millesimum Sexcen-
tesimum septuagesimo primo, decimo septimo Mensis Julii die, Pa-
tre, Viro Magnifico, Præ-Nobilissimo ac Consulissimo DN. AN-
THONIO WINKLERO, Jcto Consummatissimo, ac Reipubli-
cæ Patriæ Lubecensis hodie Consule, amplissimis in Patriam meritis
Clarissimo, Fautore ac Amico nostro æstumatissimo (cui, sicut de
hoc unico, per Paternarum Avitarumq; virtutum vestigia ad Pa-
ternorum honorum fastigia, rariori exemplo felicissimis passibus
contendente filio, optimo gratulamur affectu, ita, ut quam diutis-
simè Patriæ ac Amplissimæ Familiæ Winklerianæ omni cumulat
felicitate superstet, ardentissimè apprecamur,) Matre verò AN-
NA JSEPHINÆ Fœminâ Virtutis & Pietatis ornamen-
tis condecoratissimâ, adhuc dum per Dei gratiam, & faxit Numen,
quam diutissimè superstite, cujus Pater, nostrique Candidati Avus
Maternus fuit, Vir Amplissimus ac Prudentissimus DN. PETRUS
JSEPHINÆ Senatoriâ dignitate apud Lubecenses olim
conspicuus: Avò Paternò gavissus est, Virò Præ-Nobilissimò, Am-
plissimò ac Consulissimò, DN. BENEDICTO WINKLERO,
Jcto & Syndico Lubecensi meritissimo. Hisce generis, virtutum
ac meritorum splendore tam claris in lucem editus Parentibus no-
ster Candidatus, sedulâ illorum curâ maturè traditus est iis, qui te-
nueram ejus ætatem literis, pariter ac pietate, & virtutum rudimen-
tis domi probè imbuerent, nilq; in hoc unico thori Conjugalis,
pignore ritè formando ab Optimis Parentibus omissum est eorum,
quæ ad veram ejusdem educationem momentum habere visa sunt.
Horum verò fidelissimorum Præceptorum privatorum, (quos inter
grata mente præcipuè laudat DN. SCHUPPIUM & ROBERTUM)
operâ


opera & Industriâ adjutus, eos in litteris humanioribus fecit progres-
 sus, ut jam dignus videretur publicos in Patria audire Præceptores,
 quorum, præprimis verò Viri Admodum Reverendi atq; Doctissimi,
 DN. D. ABRAHAMI HINKELMANNI, tum temporis Gymnasii
 Lubecani Rectoris, postea verò apud Hamburgenses Pastoris vi-
 gilantissimi, nunc verò ex hac terrenâ ad meliorem vitam evocati,
 inque ejus locum deinde surrogati, Viri Præ-Nobilissimi atq; Do-
 ctissimi DN. M. ENOCHII SGHWANTENII, Professoris olim
 Poësis in hac Alma celeberrimi, Amici nostri honoratissimi, opti-
 mâ & ubique satis laudata ita adolevit institutione, ut triennio sub
 illorum auspiciis felicissimo studiorum suorum successu exacto,
 habitaq; de Coronatione Regis Romanorum Josephi valedictoriâ
 non absque Auditorii applausu Oratione, ad altiora animum tutò
 applicare, studioque Juris excolendo, cui Optimus genitum Genitor,
 probe ante perpensa ingenii vi, ac judicii capacitate, stimulantisque
 genii in hanc ævi bonique artem propensione, prudenti consilio
 mancipaverat, non absq; certissimâ Divinæ Benedictionis, pro-
 sperrimique eventus spe, manum admovere quiverit: Elegit verò
 jussu ipsiusque Honoratissimi Parentis, privatâ per annum adhuc do-
 mi in Ethicis ac Politicis DN. STAMPELII informatione usus, pri-
 mam sibi Gieslenam Academiam, summoque inibi ardo-
 re & omni animi contentione scholas Viri Præ-Nobilissimi
 Amplissimi atq; Excellentissimi DN. BERNHARDI LUDOVICI,
 MOLLENBECII, J. U. D. & Prof. Ord. Celeberrimi, frequentavit,
 fidelissimâ privatâ hujus Viri in Politices, Moralium ac præcipue in
 primis Juris Justiniani rudimentis ponendis, multum proficiens,
 quod grato, me interprete, ore publicè agnoscit. Neque tamen
 & aliorum Excellentissimorum Dominorum Professorum publicas
 privatasque neglexit prælectiones, sed sedulus Auditor & non sine
 insigni Studiorum suorum accessione, illis studiosè vacavit, hospi-
 tio & convictu usque Excellentissimi Professoris. DN. M. BALTHA-
 SARIS MENZERI fere per annum. Sedisset autem lubens diu-
 tius ad pedes tantorum Præceptorum, nisi ingravescente belli Galici,
 Germaniæ funestissimi tempestate, jussus esset avocatoriis Pa-
 rentum Suavissimorum Litteris, nostras, relicta hâc Sapientiæ Sede, sa-
 lutare Musas, quorû nutui, uti par erat, obsequentiissimè audiens, meæ,
 in decurrendo Utriusq; Juris stadio, præprimis privatæ manu ductio-
 ni se commisit, hospitio ac convictu meo sicut exceptus. Quan-
 ta

tā verò assiduitate, quantoque addiscendi ardore ceceptam alibi studi-
diorum telam apud nos urserit Præ-Nobilis Candidatus noster, te-
stis equidem ipsi optimus, ceu, cui intimius innotuit rarior ipsius
industria, esse possum: Me enim præeunte, omnes Utriusque juris
partes in privatis Lectoriis ac examinatoriis Collegiis non duntaxat
perlustravit, sed bis etiam repetitione Pandectarum privatim insti-
tutâ, eos mihi probavit studiorum suorum progressus, ut suavor
existiterim Magnifico Dn. Parenti, ne sine publico Amplissima FCTis
nostræ calculo approbatoriò ipsum abs nobis abire sineret. Quanta
verò morum fuerit suavitate, quâ Omnium Excellentissimo-
rum DNam Professorum, ac Bonorum denique Omnium libiamo-
rem ac benivolum faciliè conciliavit affectum, id unicum argumento
erit omnium maximo, quod per integrum, quò hic commemoratus est,
ferè quadriennium, CONCILIO nunquam molestus, neque ad
Rectorem Academia Magnificum vel ob minimum excessum, ra-
rissimò hodie in Academiis exemplò, nunquam citatus fuerit, sicque,
quod absque adulationis reatu verè testari possum, IN OMNI-
BUS MENSURAM OPTIMI FRUGI CIVIS EXPLEVERIT.
Hunc ergò morum elegantia ac eruditionis laude conspicuum Vi-
rum, cum sub initium mei Decanatus eâ, quâ est, modestiâ, mihi
nomen profiteretur suum, non dubitavit Amplissima FCTas ad ri-
gerosius tentamen benivolè admittere, in quo tam promptè, tam-
que doctè ad eruditissimè ex omni jure quæ sita respondit, ut unani-
mi omnium Excellentissimorum DNrum Assessorum suffragiò di-
gnus propediem conferendis, quos modestè ambit, summis in utro-
que jure Honoribus Doctoralibus judicaretur, proq; hisce ritè con-
sequendis, æquè ac illis annexis privilegiis, ipsi ulterior impertiretur
facultas, optimos in Jure profectus, publica Inaugurali Disputatione
cunctis probandi. Habebitur autem B.C. solennis Disputationis actus
XIX. hujus Mensis die, quæm ut Rector Academia Magnificus, ac
Utriusq; Reip. Proceres Excellentissimi, omnesq; Jurisprudentiæ Fau-
tores ac Cultores, sequestratis aliis gravioribus negotiis Magnifica
ac Honorificâ suâ præsentia illustrare, hocq; honori Magnifici
Domini Parentis, ac Favori erga Optimum Filium ac Civem
dare velint, summo, quo possum, cultu, studio
& affectu rogo atq; contendo.

PP. Sub Sigillo Decanatus. 7. Novembr. 1696.









IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB
ministratio concessa, quamvis dissent, Merckelbac
1. conf. 13. n. 61. & inibi all.

§. 9.

Annumerari quoque potest in Germaniâ
riis publicis VII. Societas Clientelaris, quæ inter P
intercedit, & in Imperio admodum frequens est
Dn. Becman, in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hîc P
omnia illa jura concedenda sunt, sine quibus o
auxilio adjuvare non potest, quò etiam jus mi
quando jus apertura pertinet; Dn. Stryk. de ju
c. 1. n. 125. sqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protec
si vel etiam quò ad hæc jura pacto sibi prospexerint,
sales inter Protectorem & Clientes usitata, vid. i
vers. c. 7. vel justam non parendi causam habeant,
in se imperium quærere metuant, aut illius mil
oso veniant, ubi jus apertura licite denegabunt. v
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impune inobe
tector sub protectionis pretextu Superioritatem fi
res tribuere, & e. g. actus jurisdictionis exercere,
10. Qu. 2. vel Clientes, (ubi tamen casum summ
Dn. Wildvog. in Diss. De protect. cens. c. fin. n. 10.) c
vol. 1. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3. §.
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.
dus Protectorium jus superioritatis inferat,
Reichs vogten p. 417. & 489. & ibi. all. Mag. de
& c. 3. n. 401. Böcler. in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C
quidem plenariis subditis æquiparentur, in oneri
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 134.
tibus in vito Protectore Jus Protectionis excutere li
dum videtur, si pro Protectione certus census
cum jus Protectori semel ex contractu quæsitur
nequeat: Se. u. vero, si gratuita sit protectio, ub
renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

the scale towards document

957.
177
6. Vol.
bitra-
lientes
apud
tentes
eri &
& ali-
terr.
n. 17.
entia,
Rever-
r. Re
torem
ntagi-
as. ad-
i Pro-
Clie-
teseb.
xcipit
Klock.
derati
c. tæ-
on deñ
n. 439.
modis
deser-
Clie-
neg an-
etur,
uferri
avori
erlit,
S. 10.